

Universitätsbibliothek Wuppertal

Pvb. Virgilio Maronis Bucolicorum Eclogæ X, Georgicorum Libri III, Æneidos Libri XII

Vergilius Maro, Publius

Genevæ, M.DC.XXXVI.

Iunius Philargyrius in Bucolica et Georgica Virgilio, ad Valentinianum

Nutzungsrichtlinien Das dem PDF-Dokument zugrunde liegende Digitalisat kann unter Beachtung des Lizenz-/Rechtehinweises genutzt werden. Informationen zum Lizenz-/Rechtehinweis finden Sie in der Titelaufnahme unter dem untenstehenden URN.

Bei Nutzung des Digitalisats bitten wir um eine vollständige Quellenangabe, inklusive Nennung der Universitätsbibliothek Wuppertal als Quelle sowie einer Angabe des URN.

[urn:nbn:de:hbz:468-1-548](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:468-1-548)



I V N I V S
P H I L A R G Y R I V S
 IN BVCOLICA ET GEORGICA
 VIRGILII, AD VALENTINIANVM.
 IN BVCOLICA.

E C L O G A I. V E R S. 20.



V R E M quam dicunt Roman) Roma & ante Romulum fuit, & ab ea sibi Romulum nomen adquisiuisse Marianus Lupercaliorum poeta sic ostendit: Sed de flano & cano ita Roma A Esculapij filia nouum nomen Latio facit: quod conditi is nomine ab ipso omnes Romam vocant.

50. Non inuseta grauis) Grauis acculatiuus pluralis, quasi graues.

E C L O G A I I.

32 Pan primus calamos) Pan, id est, Natura omnium rerum, inuentor est fistula. Pan pastoralis deus; per cornu, solem significat, & lunam: per fistulam, septem planetas stellas; per pellem maculosam, caeli sidera: per cannam, ventos: per vngulas caprinas, soliditatem terrae: Villosus est, quia vestitis gaudet terra. hic autem natus est

Mercurio in arietem conuerso, & Penelope vxore Vlyllis.

63 Torua leona) Hoc nomen licet veteres Latinum negent, auctoritate tamen valet. Dicebant enim leonem masculum & foeminam, vt Plautus in Viularia: Nam aud ui foeminam ego leonem emel parire. C cero de gloria lib. 11. sic ait: Statuerunt gloria leona. Leam vero Varro ad Cicetonem dicit lib. 111. Sicut nocet panthera & lea.

67 Semiputata tibi frondosa vitis) Frondosa vitis, id est, de qua si quis biberit, insanit. Sic Varus: Ei frondosam, inquit, semiputatam queritur vitem. Asper: Tarditatem queritur, inquit, quia statim post vintemiam put ni vites. Vel frondosa vitis, quia aiunt mente sanos non haberi, qui ex semiputata vite bibunt vinum.

E C L O G A I I I.

18 Transuersa timentibus hircu) Legitur & hircus, id est, oculis, ac humilibus & languentibus oculis, non ignorante populo. Iuuenalis: oculosque in sine trementes: Penius, Patransi fractus oculo.

30 Binos alie vbera fecit) Si vitula est adhuc quate binos alie ubere fecit? sed vt apud Terentium, virgo dicitur quae peperit, vt in Adelpis, Puer natus nihil habet virgo. Sic virgo, quae parit, ideo ad fecundum partum virgo dicitur, postmodum mulier. hic post partum vincta dicitur pro vacca.

39 Diffusividera) Legitur & A Edera, ab arendo arboribus, & sine aspiratione dici debet.

62 Et me Phoebus amat) Id est, Caesar: aut originem geniturae ex isto versu comprehendit: nam mater Virgilij fertur Maia, cum eundem paritura grauis esset, somniasse lauri fructum variis floribus ornatum genuisse.

90 *Qui Vauium non odit : amet tua carnana Mæui*) Duos sui temporis poetas dicit pessimos, quorum calamina ob humilitatem abiecta sunt. Vult ergo notare qui sunt inimici Virgilij, qui Vauium, id est, pessimum poetam, & Mæuium, id est, peiorem poetam, ut cuplum habeant malum. Ex quibus Vauius curator fuit, de quo Domitius in *Cicuta* refert :

*Omnia cura Vauio communia frater habebat,
Vnanimi fratres sicui habere solent.
Rura, dumum, nummo, & denique omnia, ut aiunt,
Corporibus geminis spiritus vnus erat.
Sed postquam alterius mulier. . . .
Novit, deposuit alter amicitiam.*

106 *Tris pateat cæli spatium non amplius vlnas.*) Apud antiquos fuit altissimus puteus, in quem descendebant ad sacra celebranda: cuius putei orbis, id est, summus circulus, quo cognoscerent anni prouentus, non amplius quam trium vlnarum habebat: eumque descendissent, non ampliore parte cæli, quam puteus habuit, poterant videre, vel specus apud Aetnam in Sicilia angusto ore, profunda latitudine, per quem rapta Proserpina à Dite patre, vel cælum, pro toto mundo. Alij cæli spatium clypeum Achillis dicunt trium vlnarum, in quo expressa cæli forma fuerat. Alijer, in Sicilia ianua speluncæ, in quo Orcus Liberam rapuit. Alijer, Dicit Cornificius ab ipso Virgilio audisse quod Cælum Mantuanum quendam tetigit, qui consumptis omnibus facultatibus, nihil sibi reliquit nisi locum trium vlnarum ad sepulturam. Item Oledius Nasso torrificium, tantum cæli patere videtur, quantum torrificium patet. Item Alconius Pædianus ait, se audisse Virgilium dicentem in hoc loco se Grammaticis crucem fixisse, quæ situros eos, si quid studiosius occultaretur, dicit autem posse cælum Mantuanum.

ECLOGA IV.

63 *Dea nec dignata cubili est*) Pueris nobilibus editis, an atrio Iunonis Lucinæ lectus ponitur Herculis menlura.

ECLOGA V.

20 *Extinctum nymphae crudeli funere Daphnim*) Alij Iustum Solonini, nonnulli Elacci fratris eius putant. Daphnis Mercurij filius, pastor eximie formæ fuisse dicitur. Hæc dilectus à Nympha Lyca, fidem dedit nullius se mulieris alterius concubitu vsurum, sed fessellit, ob quod obatus est luminibus, quod licet carminibus & fistula solaretur, non tamen diu vixit.

72 *Et Lyxius Aegon*) Lyxius Cretensis, à Lyctio vrbe Cretæ.

74 *Solemnia vota*) Cænarum tria genera, vnum solemnè, aliud viaticum, vt ad cenam vocans, aduentum gratulatur, & Geniale, quod Genio nostro indulgentes, melius viuimus, vt idem Terent. Quod vix de mensa suo suum defraudans genium.

ECLOGA VI.

14 *Silenium pueri*) Aperte personam Sileni inducit disputantem, quem choro Liberi patris magistrum adhibent, qui choro modum adhibere possit: vnde & ioculariter illi ferula attributa.

ECLOGA VII.

26 *Tibi Delia paruus*) Vel puer, vel pauper, vt Horatius: *Paruè properemus & ampli*, id est diuites.

51 *Leui de marmore tota*) Solent enim plerumque caput, vel thoraca facere.

ECLOGA VIII.

10 *Sola Sophocles tua carmina digna leothurno*) Asinium Pollionem intelligit Tragediarum scriptorem, aut Varium, cuius extat Thyestès tragedia, omnibus Tragicis præferenda.

32 *O diuino coniumula viro*) In amatore tria requiruntur, vt formosus sit, vt diues, vt bene cantans.

77 *Nactis vrbibus modis*) Metrum anapesticum, in honorem Cupidinis dicitur consecratum.

109 *Parcite ab vrbe*) Non desine dixit, quia qui desinit, finem facit: qui parcat suspendit, id quod agebat.

ECLOGA XI.

35 *Nec dicere Cinna digna*) Cinna Smyrnam scripsit, quam nonum post annum, vt Callus

Nullus ait, edidit. Id quod & Quintilianus ait. Vnde etiam Horatium in arte poetica dicunt ad eum alluisse, cum ait: *Nonnumque preatur in annum.* Fuit autem liber obscurus adeo, ut & nonnulli eius ætatis Grammatici in eum serpsissent, magnamque ex eius enarratione sint gloriam consecuti. Quod obscurus fuerit, etiam Martialis ostendit in illo versu:

Indice te melior Cinna Marone fuit.

ECLOGA X.

22 *Tua cura Lycoris*) Id est, amor; ut, *Laudum sancta cura.* Hæc autem Lycoris, Cytharis appellata est.

IN GEORGICA VIRGILII.

LIBER I.

103 *At Chalibes nudi ferunt*) Gens in Ponto, quæ ferrum reperisse dicitur, & nudi, necessitate operis, ut nudis membra *Pyæcin*.

103 *Marantur Gargarum messes*) Est & alter sensus Cum ea sit anni temperies, ut hyems serena sit, & solitum humidum, fructus optime proueniunt, & adeo hæc esse agris necessaria, ut sine his nec Myiæ quidem, nec Gargarorum agrum cultura feracitate laudabiles, responsuri sint opinionibus, quæ de eis habetur. Est autem Myiæ regio Asiæ circa Ciliciam, frugum ferax, quæ, nullo cultu tantum se iactat, id est, gloriatur, quantum si veniat, serena hyems, & solitum humidum.

157 *Falce premeis umbras*) Quia arbuta feri solent, & *Premeis*, pro compefces.

165 *Celei*) Celeus rex Eieuniorum, apud quem Ceres hospitata dicitur filiam quærens: Hic primum propter usum ferendi, quem à Cere Triptolemus filius eius acceperat, excogitauit canstra, cristas, & his similia.

166 *Et Myssica vannus*) *acchi*) *Vannus* est vas vimineum latum, in quod propter capacitatem rustici congerere frugum primitias solent, & *Liber* o facrum facere. Vnde *Myssica* dixit: est autem usus eius, ut fabam vannat.

170 *In Burim*) *Buris* pars aratri curua, quæ ut curuari possit, ante præuritur.

179 *Et vertenda manu*) Ante vertenda manu, & sic æquanda cum primis autem, inter prima.

180 *Fatiscat, fatiscat, soluatur.* & *Pulnere* pro siccitate.

188 *Induet in florem*) Cum flos indua nucem, id est, vestiatur: figurate hoc dixit.

172 *Pingues paleæ*) Quidam legunt: *pingues paleæ*: Sed verior lectio, *pingues paleæ*, id est pingues culmos palea non frumento.

192 *Fæe Insipicat*) *Insipicat*, hinc in modum spicarum, cui multæ sunt aristæ.

295 *Decogit humorem*) Hic versus longior est vna syllaba, sed sine vitio, quoniam, sequens à vocali incipit.

309 *Balearis fundæ*) Fundis nemo figit, sed intra insidias cogit, ubi inclusam feram iaculis petit, ergo *degen* nos reges est. *Baleares fundæ*, quia apud insulas Baleares fundarum usus reperitus est, & insula Balearis primo Gynefiæ dicta: post vero cum à Græcis occupata sunt, quia cum lapidibus fundæ rotantes submouerent aduersarios, quos incolebant, & *Baleares* appellabant.

315 *In viridi stipula*) *Stipula* nomine pro culmo abutitur, *inducere aruis*, pro segetibus.

54 *Neque audis curru habenas*) Notandum quod poeta librum in comparatione hinc, anætheton tertia, ubi in vtraque voce sit commutatio. Sic enim rectum sit: *Feritur curru auige, neque audium equi habenas.*

LIB. II.

57 *Iam que*) *am* particula hic propterea ponitur, & tempus significat, ut *iam tempus ageres.*

67 *Ardua palma*) Quia Hercules cum ab inferis rediret, hanc primus arborem dicitur contemplatus esse, & se inde coronasse, conueniente colore arboris illi euentui, quod è tenebris in lucem commesuit.

70 *Et steriles pluviani malos gessere valentes*) Alij legunt, & *steriles palamini malos*, ut sub-

intelligas inferit. Si ita legendum erit, in sequenti sensu hypallage est, ut sit, *valentes fagi gossere castaneas.*

- 78 *Aur rursus*) Rursus non habet hic significationem iterandi, sed abundat.
- 80 *Planis*) *Planis* abutitur pro *sureulis*.
- 88 *Crustumis*) Pro *Crustuminis*.
- 97 *Sunt & Aminca*) *Amincos* Aristoteles in *Politico* hoc scribit, *Thessalios* fuisse, qui sue regionis vites in *Italiam* transtulerint, atque illis inde nomen impositum.
- 101 *Mensis*) *Mensis*, quæ post inferuntur, per quod significat & esui & potui bonæ.
- Diis accepta secundis*) *Diis secundis* intelligit, hoc est, propitiis.
- 104 *Referi*) Aut interest aut prodest.
- 105 *Libyci*) Ipse *Citus* arensium *Libyæ* dicit.
- 122 *Gerii*) Pro habet, ut alibi, *Virginis os, habitumque gerens.*
- 123 *Aera*) *Aera arboris*, nunc pro cacumine: aut aerem eum dicit, qui circa cacumen est.
- 126 *Tristes succos*) *Austeros*, amaros.
- Tardumque*) *Tardum*, gravem, aut diu palato immorantem.
- 134 *Olenia*) *Olenia*, & ad animas est referendum & subaudiendum male *olenia*. Sic *Plautus* in *Militæ gloriofo*: *Tum in Apulis non suum natum, non sum animata.*
- 135 *Anhelis*) *Anhelis* autem illis, qui anhelant, debentur.
- 139 *Panchaia*) Regio *Arabiz*, ubi est templum *Triphyli Iouis*. Ipse alibi: *Panchais* adolescunt ignibus ro.
- 140 *Auri*) *Tauri* autem hi sunt, quos ignem flantes *Aeræ* imperio *Iason* iunxit, unguento usus quod ei *Medea* dederat.
- 142 *Seges horruu*) Ut factum est in *Colchide*. & hic est *Hydrus*, quem *Cadmus* in *Bœotia* occidit, tertur, cuius dentes ipse partim ibidem seuit, partim *Aetes* in *Colchide*: ex quibus vtrique seges armatorum hominum nata est.
- 143 *Humor*) Vinum à montibus *Faleris*, qui *Massici* dicuntur.
- 144 *Clitumne*) *Clitumnus* amnis est *Umbria* à *Tuscia* diuidens, significat autem boves *Meuanientes*, qui sunt albi.
- 147 *Flumine*) *Clitumnus* & deus & lacus in finibus *Spoletinorum*, ex quo bibentia pecora albz fiunt.
- 159 *Te Lari*) *Larius* lacus in *Gallia* est *Cisalpina*, non amplius centum viginti stadiorum circuitu patens. *Benacus* in eadem regione, mille & ducentorum.
- 160 *Assurgens*) *Assurgens* hic pro, *assurgentem*. Pendet enim ex verbo *memorem*.
- 162 *Indignatum*) *Agrippa* in secundo vitæ suæ dicit, excogitasse se, ut ex *Lucrino* lacu portum faceret. Verum huius gloria *Augusto* cessit. *Indignatum* autem ideo dixit, quia quo tempore in *Lucrinum* lacum mare immisum est, deinde terra effossa, contigit inter ipsum *Lucrinum* & *Auernum*, ut duo lacus miserentur, & tanta tempestitas orta est, ut prodigij loco habita sit ac nuntiatum sit simulacrum *Auerni* sudasse. Propter quod Pontifices ibi piacularia sacra fecerunt.
- 163 *Iulia*) *Iulia vnda* significat portum *Puteolanum*.
- Iulia vnda*) Per prolepsin positum est, ut loca prius laudet, quam illum, qui ea fecit, ut laudes inuenti auctorem id est, *Augustum*.
- 164 *Tyrrhenusque fretis im a. auernis*) *Aesus Auerni* ideo dixit: quoniam per *Lucrinum* lacum mare *Tyrrhenum* influxit in *Auernum*.
- 167 *Centemque Sabellam*) Hi sunt autem qui olim *Aulones* dicebantur. de *Sabellis* *Varro* in *Agemodo* sic ait. *Terra cultu a causa attributa olim particulatim hominibus, ut Erruria Tuscis, Samnium Sabellis.*
- 168 *Male*) Pro labore. Sic etiam è contrario laborem pro malo solet ponere. ut ibi: *Ille dies primus lethi, primusque laborum Causa fuit.*
- Volsosque verutos*) Quod verutus pugnent.
- 172 *Aueris*) *Aueris* & imbellem facit, ut imbellem victum iam nec bellantem. Ceterum quid grande si imbellem auertis?
- 184 *Pinguis*) *Plautus* in *Aulularia*: *Tibi dabitur pinguior tibi lana, que propior astra sacrificia pinguescit.*
- 184 *Vligino*) *Vligo* dicitur naturalis terræ humor.
- 194 *Redd mus*) Quia debentur.
- Panlis*) Causa, ut ipse alibi: *panlas r. sibris postu ve carinas.*
- 195 *Sin armata*) Quare de armentis dicit, cum tertius liber ad pecudes diuisus sit & Soluitur

Soluitur sic: Varietatis causa, ne uniformis narratio esset. *Nunc & armenta.* Non de his dicit, sed de terra, quæ utilis sit armentis. Aut enim posuit quæ nutriant, & sic quæ nutriat.

203 *Pinguis*) Fertilis, quia regio eius herbosa est. Alij dicunt agrum, in quo condita est Tarentus, Saturnum vocari.

213 *Rorin)* Rorem quem marinum vocant, dicit: & est humile virgultum, quod in exilibus agris nascitur.

216 *Dulcem)* Ordo est, *equo dulcem*, hoc est tam dulcem.

224 *Vesens)* Campaniæ in Æons Vesens.

225 *Ora)* Et hoc emendauit ipse, qui *Nolanum* posuerat. Nam postea offensus à Nolanis, qui eiuem aquam negauerant, *ora* pro *Nola* posuit.

227 *Supra morem)* Ordo est: Si requiras rara sit, an supra morem, densa. & *Supra morem* hic provalde est positum, hoc est supra modum, supra iustum.

230 *Capiet oculis)* id est, eliges, vt, *Nunc terras ordine tengo.*

238 *Salsa)* Hyperbaton, id est *salsa vellus.*

241 *Taludabit)* Specimen pro argumento.

250 *Ad digitos)* pro inter digitos.

258 *Nigra)* Id est frigida terra argumenta demonstrat.

263 *Arua solo)* Sensus: optima arua sunt, si putrescit solum. & quia rem difficilem videbantur præcepisse, adiecit: *Et id rursus curans, quli læque pruinæ.* Propter quod docuit non oportere vt solibus & pruinis coquatur. Ipse alibi: *vt in putre solum: namque hoc imitantur arando.*

264 *Labefacta)* Nota figuram, mouendo labefaciens; aut mouens & labefaciens.

265 *At se locum similem exquirere)* Dicit in translatione arborum similem terram esse requirendam, &c.

267 *Digussa feratur)* Antistrophe, id est translata digeratur.

271 *Axi)* id est septentrionali.

277 *Indulge vrbibus)* Dat patiar: *Nec fecimus* minus.

228 *Fragila)* Infirmus altitudines dixit.

Scrobibus) Pro humillima serobe posuit, vt, *Hic plantas tenere abscondens de corpore matrum Depositi sileis & turtus: Omnibus est labor impendendus, & omnes Cogenda in sulcam, ac multa m. reede domantur.*

293 *Flabra)* Pro ducta prima syllaba legendum.

299 *Corymbos)* Antiphrasicon esse auit, quod infra manifestum facit dicendo: *In vrbibus torrebimur extra colurnis, scilicet vt hostia nocens, eo virgulto coquatur, quod vitibus nocet.*

300 *Plantas)* Sagittas dicit, id est sarmentum de summa parte præcisum.

301 *Retuso)* Quare *retuso?* soluitur quoniam hebes ferrum vuinerat magis, quam fecat.

31 *Hoc vbi)* Quidam distinguunt *hoc vbi non*, & erit sensus: vbi oleæ in olestrum infra non fuerint, etiam si incendio conflagravit, exulta à trunco reuiviscunt, & caesa reuerti possunt, atque ima similes reuiretere terra. In sita autem cum summae perierint, olea trunci remanet.

316 *Mouete)* Non arari prohibet: neque enim hic de aruis loquitur, sed serobes fieri vetat.

317 *Nec semine iacto)* Syllepsis per adsumptionem casus. Nam ex ablatiuo, id est, semine assumendus nominatiuus, hoc est, semen, & erit sic: nec semine iacto patiur semen radicem terræ affigere.

318 *Concretam)* Concreta vero vtunque: *concreueris* autem, commixtam dixit: & *iacto hic semine*, id est deposito.

313 *Adeo)* Abundat, *Vale)* Bis subaudiendum.

327 *Corpore)* Corpore aut mo, aut terræ, sic *terre* pro corpore.

329 *Certis)* Certis pro his, neque aliis vllis.

331 *Laxant)* Expungere voluit nazasam lactis animalium. Nam *laxant arua sim*, dicens partem significat: deinde statim humorem superare quo alat fetus, intulit.

332 *Gramina)* Cellus ait *germina* reliquisse Virgilium, loquitur enim de omnium arborum fetu. Vnde male quidam *gramina* legunt. An ideo non metuit, quia non surgunt quod magis paceret.

333 *Nec metuit)* Quomodo non metuit, si surgunt? soluitur: Neque surgentes metuit.

sed ne surgant. Hoc dicitur non metuit, e tempestate opprimatur.

342 *Immissaeque*) P. o. inuare: neque enim ab alio immixtae sunt.

345 *Indulgentia*) Et noue indulgentia dixit. Veteres enim indulgentiam dicebant. vt Caelius in VII. *Consuetudine uxoris & indulgentia liberum.*

Terras) Id est, fetus terrae.

340 *Aut lapidem bibulum*) Lapidem autem bibulum hic non lapidis epithetum est, sed ex lapide beneficium, id est per quem terra humorem possit ad radices vitis admittere.

Infode) Verbum infode. venit ab eo quod est fodio fodis fodit. Vnde Plautus in *Rudente*: *Luriosus nullo multam terram confode. & infode conchas circa radices scilicet.*

349 *Inier*) Id est inueniret. Fuit autem prior lectio, *frigusque calorque.* vt Plautus: *Neque frigus neque calorem meo neque ventum neque grandin. m.*

Aliter hypermetrus verus. erit.

336 *Non alios prima*) Si crescit, deficit. In quo videtur secutus Epicurum qui ait: *Omnia que orta occidunt, & aucta senescunt.* Varro autem in *Satura* quae scribitur de salute: *Sic mundum haud natum esse, neque mori,* Plato autem non natum, aut mori. Metrodorus autem, neque natum, neque mori. Zenon ex hoc mundo quamuis aliqua intereat, tamen ipsum perpetuo manere, quia inhæreant ei elementa, è quibus generantur materiae, vt dixit crescere quidem, sed ad interitum non peruenire, manentibus elementis, à quibus reualescant.

338 *Ver illud erat*) Quomodo dicunt homines diem festum agere magnum orbem, potest & zodiacum circum dicere, qui faciat diuisionem temporum: quod si est, agebas, pro circumagebat, accipiendum erit orbis.

339 *Parcebam*) Hic *parcebam* pro abstinebam.

341 *Ferrata*) quia creditum est primo homines è terra natos, à qua humo homines existimabant dictos.

350 *Tamque reperti*) & iam hic pro propterea ponitur. & vitum saxo & testa: an illud sensit testam cauam, superiorem lapidem? hoc enim sit.

Sata) Sata autem dicit vngula quae pressetur, & hoc bis repetitum non enim duo sunt, sed vnum iteratum, ac si diceret: hoc monumentum contra imbres, & ætus.

354 *Seminius*) Iterum *seminius* pro arboribus accipi oportet, & *super* est, sequens est.

360 *Tabulata*) Nunc *tabulata* dicit dispositionem ramorum, per quos vitis vsque ad summum ascendit, & est relatio facta ad omnes, in quibus extruções singulae tabulata dicuntur.

366 *Stirpibus*) Hic radicibus. Alii *stirpem* pro ipsa materie vitium positum volunt, vt idem alibi *& amorsu signata in stirpe cicatrix.*

370 *Sapes*) Insuper etiam pecus prohibendum.

380 *Proscenia*) *Proscenium* proculdubio pulpitem dicit. *veteres Iudi*, Dionysia: antiquissimi enim: quos iustici confecta vindemia faciebant.

381 *Ingenes*) Quidam legunt *ingenis*: vt sit præmia posuerunt ingenis. Dabatur autem hicus præmii nomine. vnde hoc genus poematis tragœdiam volunt dictam.

381 *Compita*) Vt Relatio placet, locus ex pluribus partibus in se, vel in easdem partes ex se via, atque itinere dirigens, siue is cum ara, siue sine ara, siue sub tecto, sub dio sit, vbi pagani agrestes buccina conuocati, solent certa inire consilia. hinc & lares compitalitij, & feræ compitaliciae.

382 *Thestida posuer*) Ideo quia primi Athenienses Liberalia statuerunt. Thestida dicti à rege Theteo.

388 *Mollia*) *Mollia* hic pro mobilia. & videtur Virgilius opinionem illorum sequi, qui in honorem Liberii patris putant oscilla suspendi, quod eius sit pendulus fructus.

Oscilla) *Oscilla* autem dicta, siue quoniam capita & ora hostiarum in summis perticis figebantur, siue quia hunc lusum Oscii dicuntur frequenter exercuisse & per Italiam sparsisse.

392 *Ergo*) Ergo veteres pro merito dicebant. Hinc Plautus in *M. lite glorioso*: *Hi cine Achilles est, inquit mihi immo eius frater ergo me castor pulcher est.* & erit sensus. Merito, inquit, sacra faciemus ei, cuius beneficio vinea proueniunt.

394 *Sarbis face*) Improbant enim Aruspices hostiam, quae admota altaribus reluctatur.

400 *Lindum*) Hic putandum.

403 *Seras*) Verulas, aridas.

406 *Relictam*) *Relictam* neglectam non putatam.

408 *Prima*) Per hoc intelligendum, primus puta, & inutiles palos sub tecta referto, pro quibus novos posueris.

417 *Antes*) Cato de re militari: *Pedites quatuor agminibus, equites duobus xiiibus ducantur* sunt autem ex: emæ quadrarum partes.

421 *Expectant*) sub iudicandum, talis cultura. Cæterum & oliueta coluntur. & quod ait, *nec curiam expectent facem*, extrinsecus subaudiendum omni anno, quia & ipsa ex intervallo radi solent.

434 *Quid maiora*) Quomodo maiora, si salices plus sunt humiles, quam myricæ? soluitur hic sensus est, & hæc subdistinctio. *Quid maiora sequar?* & transit etiam illa, quæ putes esse continenda multum possunt, & salices, & myricæ, siue genestæ, prodeffe.

437 *Vndantem*) Fluctuantem.

438 *Narces*) *Naricæ*, ut hic: *Nari* ÷ *posuerunt mania Locri*.

439 *Obnoxii*) egentia.

444 *Rotis*) Rotas ex solidis tabulis factas, tympana appellauit, & agricolæ necessaria distinguunt.

Buxum) S gnum, non arborem dixit. Quamuis Ennii exemplo, & arborem potuerit dicere neutro genere. Ille enim sic in sepumo:

Lo gique cupressi stant rectis foliis & amaro corpore buxum.

456 *Pholum que*) Hic quartus est, cui Pholum inter Centauros interfectum dicitur quem Hercules etiam hospitem habuerit, nec dum infestauerit, sed peremptis Centauris cum sagittas eius Pholus miraretur, vaa earum supra pedem ipsius cecidit, & ei lechalis fuit. Inter Lapithas autem, & Centauros bellum fuit prope Hippodamiam siue Deaniram, & cum ad rapiendam virginem insolentes Centauri fuissent, a Lapithis sunt triti.

459 *Iustissima tellus*) *Iustissima tellus* quomodo, si alibi dicit: *Cœcumque la etumque creat seumque i yphonem* soluitur. Ideo *iustissima*, quia cum decimis reddat fructus, quod est magna iustitia.

472 *Inhiant*) *inhiant*, mirantur, & subaudiendum salutantes.

474 *Primum*) primum & ante omnia, ut, *Primum ibo ante omnes*.

475 *Sacra*) *Sacra* dici volunt, quod sit eam religione. *sanciam*, quod cum amore.

476 *Sidera*) Vitum ea quæ cum cælo feruntur infixa, an vaga, quæ contracta cælo cursus conficiunt. An omnes cæli vix notæ sunt. A sinistra aultri septentriones à dextera. Quod vulgo dicunt laborat iuna. Hinc Varro in *Cynisore*: *Eclis sis quando sis, cur iuna labores*. & si hodie sicule credunt dicant, quid laborant.

477 *Defectus*) Varios defectus secundum Epicurum, qui ait: non vquam causam pronuntiamdam, qua tolli deficere videtur, sed varias. Potest enim fieri ut extinguatur, ut longius recedat, ut aliquid eum corpus abscondat.

Lunæque labores) *Lunæ* autem labores dicit, cum dimittit lumen.

481 *Tardis*) *Tardis noctibus*, id est tarde venientibus, id est astituis.

Hyberni) Cellus Oceanum significat, qui aestu suo diffundit terram inter Mauritaniam & Hispaniam, ut hoc sit, *obicius Aspris*. Causa autem breuium dierum est, quod signa hyemalia transuersa oriuntur, atque occidunt. causa longorum dierum, quod æstiva recta oriuntur, & occidunt.

486 *Bacchica*) Vbi bacchata sunt & non hæc opreat, sed talia.

487 *Qui me*) *Qui* pro aliquis, & subaudiendum, *deus*.

491 *Sirepiumque Acherontis*) Id est opinionem formidolosam, quæ vulgo fit de Acheronte.

496 *Istro*) Aufidius Modestus legisse se affirmabat hunc morem esse Dacorum, ut cum ad bella proficiscerentur, non prius rem capesserent, quam de Istro certum modum horrentes ore in modum sacri vini iurarent non se ad patriam sed em regem istos nisi hostibus caesis & idcirco Virgilium familiari sibi hypallage usum dixisse *istrum coniuatum*, apud quem Daci coniuare conluerunt.

498 *Aut doluit*) Non crudelem rusticum inducit, qui in opis non misereatur, sed qui sciens pauperem malorum non esse, pauperis non doleat sortem: & ideo adiecit, *aut inuidi habenti*, quia non inuidet, sciens diuitias bonas non esse.

500 *Ferrea iura*) Quia veniam dare non norit.

501 *Tabularia*) Negotia publica, & rationes populi quæ in tabulis scribuntur, vnde *tabularia dicta*. *Vidit*: expertus est ut, *illuc AEmas vidit Cyclo pas Vlyxes*.

507 *Hunc praesus hiantem*) Sensus: hic aude conlocari, & in rostris conuentum populi, fauoremque inritatur.

615 *Regnet*) Nec requiescit, nec interuallum est.

316 *Mergite*) Mergite falces culmorum spicas habentium, quas metentes brachiis sinistris complectuntur, qui iam cauos dicunt.
 318 *Sicyonia bacca*) Quoniam oleum Sicyonium magno in pretio est. Sicyon, vrbs Peloponnesi in *Sicyonia* autem, montis lapideis, ubi oliuz molitur.
 321 *Coquiuur*) Familiaris est figura pro coquitur, vt mitefcatur.
 326 *Festus*) Non tantum festi veniunt, sed omnes dies, quasi festos agit, id est latus.
 327 *Ignis vbi*) In medio ubi ignis, & proprie coronantur, vsque ad coronam summam implentur.
 332 *Hac vitam*) id est, aureum seculum.
 333 *Etruria*) Maximum enim imperium Etruscorum in Italia fuit, vt ait Linius, ab Alpibus vsque ad fretum Siculum. Vnde totum mare, quod a dextra Italici litoris est, Tyrrhenum dicitur. Hoc Varro doctus diuidit in prouincias marinas.

L I B. I I I.

3 *Carmina*) Legitur & carmina, & vt puto, rectius. non enim dicit cetera carmina iam vulgata, sed cetera omnia ab ille, ad est cetera omnes res vulgate.
 6 *Busiris*) Busiris Aegypti rex omnibus annis Ioui hospites immolabat. Nam per octo annos sterilitate Aegypto laborante, Pygmalion Cyprus finem futurum non ait, nisi sanguine hospitis litati fuisse. Primus autem Thyestes alienigena immolatus originem sacrificio dedit. Alij sic Busiris Neptuni filius rex Aegypti, qui cum Ioui hospites immolaret, pari exemplum macatus est ab Hercule ipsum quoque ausus, zets amouere.
 12 *Idumaei*) Beroio, quod ubi primi Aones fuerunt.
 13 *Et vici in campo*) Hic est campus, de quo ait: Et qualem infelix amisit Mantua campus.
 16 *Tentibus*) Pro potidebit. Compos vici autem, pro locus amicus.
 19 *Alpheum*) Alpheus fluitus Elidis. Eos autem ludos accipimus per Alpharum, qui olim Pythici dicebantur.
 21 *Ludique Molochis*) Per ludos Molochi accipimus eos, qui Nemei, ubi Molochus rex, qui Herulem ad Nemeum leonem tendantem recepit hospitio.
 21 *Tonfe*) Compositum vt Cicero: Cum saltatrice tonsa.
 26 *Gangaridum*) Id est, Indosum, Gange fluitio.
 29 *Columnas*) Columnas, dicitur, quae in honorem Augusti & Agrippae rostratae constitutae sunt.
 32 *Rapra*) Decem dicitur, caliditatem victoriae ostentat.
 33 *Itaque ab litate*) Itaque autem ab litate, dicitur Oceani orientalis, & occidentalis, vt sit de Aegypto, & Cantabris, vcl de Indis & Bactariis.
 35 *Ab Ioue*) Ex Ioue & Electra Atlantis filia nascitur Dardanus: ex quo Erichonius, cuius Troius cuius Assaracus, cuius Laomedon, & Capis, & Laomedontis Priamus, eius Hector, & ceteri. A Capis, Anchises cuius Aeneas, cuius Iulus. a quo Iulia gens stemmate descendit ad Caesarem. Alj sic, per Assaracum Traianos dicit. Nam Assaracus auus Anchise. Assaraco natus Capi optimus, isque pius ex se Anchisen generat. ergo Assaraci familia vsque ad Augustum peruenit.
 36 *Cynthia*) Apollo, a Cynthis Deli monte, & vtrum, quia ex oraculo eius cordita est Troia, an quia muros ipse edificauit, dicitur Troiae auctore.
 37 *Cyberon*) Mons Beonae.
 44 *Taygetique canes*) Taygetus mons Laconiae.
 47 *Epirum*) Citra Peloponnesu. A Idepie sacra.
 47 *Cesaris*) Hic distinguitur, vt Aeneas significasse videatur, quia vna Actiaca pugna Octauiani Caesaris fuit.
 48 *Tithoni*) Ab infinito infinitum, quia Tithoni origo non potest comprehendere, & satis in Caesari bianca, dicitur, quod in Troia.
 51 *Turpe caput*) Turpe autem caput amplum, atque magnum, ac per hoc terribile.
 53 *Quinque vna*) Hic autem crurum sinus, genituo suo appoluit, alibi ablatus, vt, pube tenui. M. dicitur, tenuis pro sine accipit. Sa. latus: Fim in genuum ingrediuntur mare.
 54 *Palearia*) Vnde & paleae, quae collum amplectuntur: & ea pars annuli, quae gemmam cohibet,

cohibet, propter similitudinem palea dicitur. Cicero de officiis III. *Cum paleam eius annuli a palmam conuerteret à nullo videbatur.*

55. *Camuris*) *Camuris* boues sunt qui conuersa introflos cornua habent, quibus contrarij parul, qui cornua diuersa habent. *Læni*, quorum cornua terram spectant, his contrarij *Licini*, qui cornua sursum versus reflexa habent.

56. *Albo*) *Duise*, pro *albis* in oculis. An potius absolute *albi* dixit, perinde ac si diceret, *albitatem*, ut est illud. *Spasit vitam nunc pellibus albo.*

60. *Lucinam*) *Lucina* dicta *Luno*, eo quod lucem nascentibus prestare dicatur. Sic *Terentius*: *Inno Lucina ser op. m. serua me obs. 70.*

4. *Pecuaris*) Non *locis*, sed ipsa pecora dixit. ut alibi idem usurpauit *astina* pro pecoribus quæ in æstiuis agunt. *Nec singul. morbi Corpora corripunt, sed tota astina repent.*

71. *Sortire*) *Quant* sub *sortire*, & *lubrice*. An potius pro *elige* & *iunge*, ut uxorem *fortiri* dicimus.

82. *Glaucique*) *Glaucus* autem cæruleus est color, id est subuiridis albo mixtus, & quasi clarus. Nam ille sine dubio displicet, qui ex albo & giluo constat, ut sit vnum albo & giluo. Alio qui repugnant illi. *Qui candore nives antecet, cur sibus auras; & bigis i. Turnus in albis.*

83. *Et Giluo*) *Et Giluo spadi* & *fenicius* est, quales sunt fructus palmarum, neque satis diluti coloris neque nimium pressi.

84. *Anycle*) *Anycle* ciuitas *Laconia*. *Xanthum* autem dicit & *Cyllarum* equos, quos *Neptunus* *Iunoni* de dit, *illa Castori & Polluci*, ut poete *Græculi* fabulantur.

93. *Pernix*) *Pernix* autem ad equum refertur. Nam tardissimus est *Saturnus*. *Saturnus*) *Saturnus* cum *Philyram* *Oceani* filiam in *Theffalia* adamasset, & cum ea coiret, aduentante vxore, se in equum, illam in equam conuertit: atque ita uterque opprobrium effugerunt. Hinc natus est *Chiron* centaurus. *Quidam* *Philyram* in *fiorem* conuersam esse dicunt, vel in arborem, unde *liber philyrinus*, quo coronæ illigantur.

98. *Si Quando*) *Bene*, si quando, quia *senex* raro. *Prelia*) *Pro* coitu dixit.

101. *Hinc* alias artes) *Artes* hic virtutes, & *prolem* parentum noue posuit, est enim proprie *liberarum*. ut *Geminam* *partus* *dabis* *Iliæ* *prolem*.

113. *Erichthonium*) *Vt* in libro qui *Admirabilem* inscribitur, *Erichthonium* ait primum equos quattuor iunxisse ludis, qui *Panathena* appellantur. de hoc *Erichthonio* alibi laus dictum, qui *anguinis* pedibus suis memoratur.

114. *Pelethronios*) *Pelethronios* *Lapithas* id eo appellauit, quia sunt *Theffali*. *Pelethronium* autrum est, ubi *Achillen* *Chiron* erudiit. Alij *Pelethronium* regem *Lapitharum* volunt.

Gyrosque dederit) *Pro* docere, aliter enim *fræna* dederit, & aliter *gyros*, & est *syllapsis*, cum aliquid assumitur, quod dictum supra non est.

116. *Equitem*) *Hic* *Equitem* sine dubio equum dicit, maxime cum *inferat*, *insultare* solo. *Ennius* *annalium* vii.

Denique *vi magna quadrupes equis atque elephanis*. *Præciant sese*. *Sub armis*) *Id* est in *encharmato*.

118. *A Equis uterque labor*) *Durus* uterque *labor*, & *sub* *iugum* *mittere*, & *sub* *femur*.

122. *Neptunique*) *Neptunus* etiam *parens* quorundam equorum fertur, ut *Pegani* ex *Medusa*, & *Ationis* ex *Cerere*, cuius *femini* *Adrastus* habuit.

124. *Pingui*) *Absolute* posuit, ut est illud *Lucretianum*. *Hic fesse pecudes pingui.*

125. *Dixere maritum*) *Pro* designare. *Cic* de *Repub. sic*. *Dictato. L. Quinctio dicto*. *sed & Horatius*. *Quem Venus arbitrium dicit bibendi* pro designat.

127. *Blando*) *Mire* *blandum* *laborem* *coitum* *dixit*, quod fit cum *voluptate*.

128. *Reserat*) *Non* enim potest vnus equus *duas* *partas* *habere*, & *reserat*, sicut ibi positum. *Et salis occutum reserat in lacte saporem & qui se tantum ore reserat.*

128. *Ieiunia*) *Ieiunia* pro *macie*.

129. *Ipsæ autem macie tenuat armenta*) *ut*. *Frondesque negant: & frondibus acent.*

130. *Primos*) *Primos* *conubitus*, *anni* *redeuntis* *accipit*, *dum*; alioquin contrarius videbitur, cum *infert*, *Iam nota voluptas*. ergo *primos* poetice pro *primum*. *Quidam* *notam* *voluptatem*, *non* *coitum*, *sed* *desiderium* *accipi* *volunt*.

133. *Tunfis*) *Quæ* *tunduntur*, *non* enim cum *tunsa* *sunt*, *sed* cum *tunduntur*. *Ne* *grauiter* *tunfis*, *grauiter* *genti*, & *tunfis*, *sine* *metra* *legendum*.

136. *Oblimi*) *Lucretius* *oblimet* pro *obcuret*, & *obclidat*, alibi *oblimet*, *temperet*. *Horatius*. *Rem* *patri* *oblimare* *malum* *est* *ubique*.

137 *Sitiens venerem*) Quare *sitiens*? soluit quaestionem. Alij dictum volunt *sitiens* libidinis plenae.

138 *Rursus*) *Rursus* hic pro contra significat.

140 *Non illas graubus*) *Graubus* aut epitheton est plaustrorum, aut graubus onustis dixit. Sed poetice plaustris inga ducere, non iugis plaustra.

142 *Innare rapaces*.) Hoc dicitur innare fluuios, sed non rapaces. Nam infra ait *salibus*, &c.

143 *Salibus*) His *salibus*. Aliter supra, *Nec salis superare viam sit passus*. vacuis autem *salibus*, sine maritis dixit.

145 *Saxea procubet*) Noue *saxea umbra*, quae *saxis* fiat, & *procubet* protendatur.

146 *Silui*) Ordo: plurimum volitans circa lucos *Silui*, Alburnumque virentem *ilicibus*, volitans absolute, *Siluius* & *Alburnus* in Lucania sunt montes.

147 *Astus*) Nigidius de animalibus: *Astus est musca varia tabanus bubus maxime nocens. Hic apud Graecos prius myopi vocabatur: postea magnitudine incommodi astrum appellarunt. & hoc est quod ait, astrum Graij vertere v. canes. Non de Latino in Graecum, sed de Graeco in suam linguam, quae prior fuit.*

148 *Ostrum Gray vertere*) Quomodo Graij vertere cum omnia, quae Latina sunt, a Graeca ratione descendant? soluit quaestionem: Graeci cum myopen primo dixerint, displicuit nomen: quia proprium non erat. Oestrum dixerunt, hoc est, quia furiam oestrum vocant. Diuidit enim furia armenta, cum ab ea stimulantur. Latine vero hoc animal tabanus dicitur.

150 *Furis*) Poetice conuertit. Nam cum furor botum sit, aetherem ait furere.

151 *Sicci*) Quare *sicci*, cum ripam dixerit? ostendit hunc non esse fluuium, sed riuum, vt alibi: *Et aentem Xanthi cognomine riuum.*

153 *Iouence*) Iouem dicit Inachi filiam, quam in bouem conuersam aestro percussisse dicitur. Illa se in mare praecipitavit, quod Ionium vocauerunt: & Isis dicitur, quasi sola Dea. Hoc enim Aegyptus placet.

159 *Habendo*) Id quod habetur. Lucilius in xxx. *Nonnunquam dabis ipsa etas quod possit habendo.*

162 *Cetera*) *Cetera* quae non inuruntur.

163 *Dum mobilis etas*) *Mobilis* flexilis: & est duplex lectio. Potest enim & sic legi: *Inuenitur dum mobilis etas.*

167 *Ipsi e torquibus aptos*) *Aptos*, vnitos aut connexos, est enim *apta* iungi.

173 *Indomitae*) Vtrum dum quosdam domas, interea indomitis haec praestabis, an antequam domes, interea?

174 *Vescas*) *Vescas*, teneras & exiles. Nam *vescum* apud antiquos significabat macrum, & quasi quod escam non reciperet. Afranius in Sororibus, *Ab puer est vescus, imbecillus viribus*. Sed vide ne *vescas* appetibiles dixeris. Lucretius certe pro edace poluit, vt, *vesco sale saxa peresa*.

179 *Feta*) *Feta* nostro more, neque enim mulgeri nisi enixa possunt. Antiqui autem *fetum* pro grauido solent ponere. vt Varro Atacinus: *Feta feris Libye* & ipse Virg. *Stant fatialis machina muris Feta armis.*

176 *More patrum*) *More patrum* sic intellige, vt dixerit mulgeri. Nec implebunt mulctralia more patrum, qui lac magis referuabant fetibus, alioquin accusabitur ob auaritiam eorum, qui sibi omne lac mulgebant. Legitur & *mulgaria*, vt Valgius ait: *Sed nos ante eosam tepidi mulgaria lactis, ego sinum vni cessamus ponere Bacchi.*

186 *Primo*) Non primo obere, sed iamprimo, quasi vnum lege: vt sit *Iamprimo audeat depulsus ab ubere matris.*

187 *Inque vicem*) *Celsus*, inque vicem, sic intelligit, vt sit nonnunquam sine capistris, vel, vt sit in vtraque parte ductus facilis.

188 *Etiā*) *Etiā*, pro adhuc.

192 *Siquē laboranti similis*) Hoc est, non vere labore, ne tadium capiat. *Ac per aperta volans, currens.*

201 *Eli campi*) *Maximi* ex omnibus, quod sint pedum septingentorum, cum alij minus.

203 *Belgica*) *Belgica* Gallica.

Esseda) *Esseda* autem vehiculi, vel currus genus quo soliti sunt pugnare Galli. Caesar testis est libro ad Ciceronem III *Multa millia equorum atque essedariorum habes*. Hinc & gladiatores *essedarij* dicuntur, qui curru certant.

Molli) *Molli* autem mobili dixit, vt, *Ostella ex alta suspendunt mollia pinu.*

220 *Lauis aia*) Hoc ab illa declinatione descendit: *lauo, lauis, lauit*. *Feruo, feruis, feruit.*

221 Versa-
infelis
221 Plago
230 Poma
Infrat
236 Obia
adeo vt
254 Flamma
montes
158 Inuic
267 Graia
cur ad vic
bifens in
essudite ac
270 A
Gargara)
273 In Zep
274 Exc
Et (ap
280 Hinc d
pomanes
dia, qua
quini pulli.
282 Hippo
bus, quo
295 In mil
296 Dum
298 S
304 Extre
dies ab
tem multi
305 Ha
nis iunge
lauent, n
307 Valla
310 Les
311 C
fit genit
313 Cas
retulisse
314 P
319 M
Qui man
diligens
311 N
311 R
tudine
in loo.
335 T
340 M
Lucano
Surgere
340 R
343 O
banilar
resid est
341 A
Ary...

221 *Versaque*) *Versa*, infecta. Plautus in *Casina*: *Necesse est versis gladiis se pugnari* id est infestis.

225 *Plagasque superbi*) Sic positum, vt, *Et vulnere ta'dus Vlyxi*.

230 *Pernix*) Legunt & *pernox*, sed *pernix* melius, id est *pernix*.

Instrato saxa cubiti) Nota figura, non *saxis*.

236 *Oblivum*) *Oblivum*, quasi *exercitationum* & *virium*, quem *securitas* & *amor* corruperit, adeo vt nec crederet hostem esse rediturum.

254 *Flumina correptos*) v. t. m. appellavit, & est ordo, *flumina* torquentia vnda *correptos* montes.

158 *Iunonis*) *Leandri* nomen occultavit, quia cognita erat fabula.

263 *C. udeli junere virgo*) Ita hic *virgo* quemadmodum ibi de *Pasiphaë*: *Ah virgo infelix*.

267 *Glanci*) *Glancus* *Sisyphi* filius, cum ad mimum quadrigam duceret, adplicuit ad vicum *Bœotiaë*, & equas potum ad fontem sacrum per ignorantiam duxit, vnde qui bibissent, in furorem agi solebant. Itaque illum equæ furore exagitante in ipso certamine curru effudisse ac moribus laniasse dicuntur.

270 *Asianum*) *Ascanius* amnis est *Mysia*, sed quia in *Asia* est.

Gargara) De *Gargaris* supra dictum: *Et ip'a suas misantur Gargara menses*.

273 *In Zephyrum*) *In*, pro, contra.

274 *Excipiantque*) *Frequentatium* fecit ab excipiendo, hoc est crebro excipiunt.

Et sepe sine ullis coniugiu) Hoc etiam *Varro*.

280 *Hinc demum*) Ordo: *Hinc* vitus lentum ab *inguine* distillat, quod vero nomine *Hippomanes* dicunt pastores: vero nomine, quoniam *Theocritus* herbam dicit nasci in *Arcadia*, qua gustata equæ in libidinem ardescunt. & *Theophrastus*, *carunculam* in fronte equini pulli.

282 *Hippomanes*) *ἵππος* τῆς ἰσχυρίας id est ab equæ insania defluens ex equarum *inguinibus*, quo tempore virus natum *ἵππος* τῆς ἰσχυρίας τῆς ἰσχυρίας.

295 *In mollibus*) Nunc tepidis, vt dicimus, *mollis* hyems.

296 *Dum mox*) *Celsus* *dum mox* pro donec interpretatur, sed vt puto, *mox*, abundat.

298 *Subiit*) Ad pecora respicit, vt sint stramenta, quibus incubent.

304 *Extremo*) Hic *extremum annum* sub *Aquarij* sidere collocat, vt quia primus nascentis anni dies ab vrbe condita *Kal Martis* fuit, inde *Februariis* vltimus anni haberetur. *Aquarium* autem multi *Ganymedem* volunt.

305 *Hæ quoque*) Id est *capellæ*. Legitur & *hec*. *Veteribus* enim mos fuit, vt neutra *femini* nis iungerentur. Vnde *Terentius*: *Tua nihil refert utrum feceris*, & in *Eunucho*: *Hæc adornant ut iuuenis*, nam integrum erat, *hæc quoque n. c. n. l. t. jane, & c.*

307 *Vellera*) *Vellera* autem à *vellen* do dicta.

310 *Lat. i. m. pres. i. m. flumina mammi*) Nota *mammæ* pecudum dici, legitur & *ubera*.

312 *Cinyfiti*) *Gætuli* à *Cinypho* flumine *Gætulia* id est *Libya*. Tondent autem pastores, vt sit *genitiuus* singularis *Cinyfiti* h. rei.

313 *Castrorum*) In usum *castrorum*, quod inde *formica* hant, itemque *cilicia*, quæ *Celsus* ait retulisse *Varonem*, ideo sic appellari, quod vsus eorum in *Cilicia* ortus sit.

314 *Pascuntur*) Pro *depaucuntur*.

319 *Mortalis*) *Mortalis*, mortifera intelligenda.

Quo minor est) Pro, quo minus est, vt sit sensus: Quo minus est illis curæ mortifera egestas, si diligens circa eas fueris, necessitas mortalitatis minor est.

321 *Nec tota claudis*) Id est, præbebis tota *bruma* *fenum*.

323 *Rumpent*) *Rumpent*, om. lebunt, vt, *Illius immensæ ruperunt horrea menses*. aut, in consuetudine est, *rumpunt*, siue vehementer clamant. & *exallacmenos* dixit, & *abusta* *rumpent* cantu suo.

335 *Tenuis*) Id est *paruas*, cui contrarium illud & *pinguis* *flumine Nilus*.

340 *Mopalia tecti*) *Mapalia* *castræ* *Maurorum*, qui in *eremo* habitare dicuntur. sicut illud *Lucani*:

Surgere conz sto non eu'ra ma' alia culmo.

340 *Raris*) *Raris*, quia non iunguntur, & distantibus locis sunt.

343 *Omnis*) *Omnis* cum *Armenis* *Aster* agi. *tectumque* *larumque*, quomodo *tectum* & *larum* *baular* *pastor* soluitur *tectum* dicit *tentorium*, vnde *tectum* *faciat* nunc *larum* *deos* dicit *penates*, id est *ignem*, vnde *focum* *faciat*.

345 *Armaque*) *Reprehenditur* hic, quod *Gætulis* *sagittas*, non *lanceas* dederit.

Amyclæumque) *Amyclæum* non *Laconicum*, sed pro bono cane accipiendam.

item *Cressamque pharetram*, pro bonam,

348 *Ani expectantem*) Id est ante expectationem, & prius quam expectaretur, & ante quam putetur venire pot. se.

Hesi) *Hesi* sit. figurate, pro contra hostem stat.

351 *Redit*) Num addita prepositione, ut solet, pro, it, redit, quod ibi spectatur in sinum, & quasi redire videatur. Hinc annotandum vetuste *axem* pro septentrione positum.

366 *Siriague*) *Sili* id est in congelatum, *Siriam* dicit.

367 *Aer*) *Toto Aere*, id est, à terris ad cælum.

381 *Thim*) Id est septentrioni subiecta & Hyperborea, propterea quia regio, quæ septentrioni subiecta, Hyperborea vocatur, ab eo quod flatus Boreæ excedat.

382 *Euro*) *Euro* pro vento accipere debemus.

Riphaei) *Riphaei montes* sunt in eodem tractu.

384 *Lappægu*) Quia lata pascua, solocem lanam faciant, hoc est minutam, duram, atque hirsutam.

386 *Continuque*) *Continuo* pro perpetuo, semper enim hoc fieri debet.

392 *Fefellit*) *Cepit & fefellit*. & bene, *se credi indignum est*, quia dicturus erat impia in Deam. fabula sic est: Pan cum Lunæ amore flagraret, ut illi formosus videretur, niueis vellibus se circumdedit, atque ita eam ad rem veneram illexit. Huius opinionis auctor est Nicander, nec poterat esse nisi Græcus.

395 *Cythis*) Arbor à Cychis insula, vbi multa nascitur, dicta.

Loto que) *Lotos* arbor pyro similis, vtraque peccati bona.

398 *Execratos*) Id est leparatos, aut qui excreuerint, id est valde creuerint.

400 *Hiberi*) *Hiberi* gens in Ponto, sed magis de Hispanis intelligendum, quorum in latrocinis fama præponderat.

415 *Est etiam*) *Oro*: Ille etiam est malus anguis, & conuolueri solitus. Hæc autem signa sunt, quibus intelligitur qualis sit hic anguis.

420 *Rumpuntur*) *Vt supra*, implentur, aut pro erumpunt.

431 *Improbos*) *Hic* audis.

Inguisem) *Varro ad Ciceronem in lib. 23.* *Inguisem*, inquit, sunt toti circa gulam qui propter pinguedinem sunt atque int. nichil habeat rugas. Sed nunc pro gula positum.

444 *Vepres*) *Vepres* in masculino genere. At *Lucretius* feminino dixit: *vt, Illorum spoliis vepres volitantibus auctas.*

450 *Vnguis*) *Omnis* succus, quo vngi potest, *unguen* dicitur.

451 *Sulla* que) *Genus* herbæ, quod in limitibus agrorum ponitur in Africa.

Helleboros que) *Herba* quæ & radice dicitur, quæ animalibus prodest.

455 *Ad vulnera*) *Bene ad vulnera* pro, ad faciendâ vulnera.

461 *Gi alie*) *Genus* Thraciæ.

462 *Cum fugit*) *Fugit* non hostem, sed quia viuit sic, ut mutet locos.

471 *Incautum*) Quod sibi præcauere non possit, ut est apud *Sallustium*: *Repente incautos agros inuasit.* id est, quibus præcautum securum non est, ut est. *Incautum*, patrisque obrum as ad aras.

474 *Aërias*) *Morbo* cæli, quia corruptus aer, morbi causa est: ut ipse, *corruo* to cali tractu.

Norica) Id est Gallica. & dicendo *aërias*, verbum è verbo expressit. Nam Gallorum lingua alti montes, Alpes vocantur.

481 *Tabo*) *Abutitur* pro pestilentia.

483 *Abduxerat*) *Pro* contraxerat.

484 *Rursus*) *Hic Rursus* positum pro contra, ut supra: *Rursus cura paruum cadere, et succedere*

Incipit.

488 *Cunctantes*) *D* habitantes sacerdotes, animal quod ad sacrificium ducebatur.

493 *Ieiunasanie*) *ieiuna sanie*, sicca & ex gusa.

498 *Herbe*) *Pro* herbis, ut ipse: *Immemor herba um quas est mirata iuuenca, & rursus, Caput enim vires paulatim, vtrique videndo Feminas nec nemorum patitur meminisse nec herba, ergo hic, vel amore, vel miraculo carminis oblationem herbæ factum dicit; ita illi occupatione morbi, quidam volunt ideo dictum, studiorum atque immemor herbæ, quod antiqui in pratis certamina exhibere consueverunt. Reliqua Grammatici legunt.*

507 *Tendunt*) *Pro* tenduntur aut tendunt se, aut equi tendunt.

513 *Erroneque*) *Errorem* hic pro furore posuit.

414 *Nudis*) *Vt* scditatem exprimeret, adiecit *nudis*.

517 *Tristis a. aso*) *Morte* iuuenis *crissem* dixit agricolam.

- 512 *Electro*) Quod à nobis succinum appellatur, *electrum* vocant Græci.
- 523 *Virget inertes*) Id est virget, & inertes facit.
- 530 *Somnos*) Manifestum est à Cydippe Argivæ Iunonis sacerdote hoc tractum, quæ cum boues deessent, filios suos Cleobin & Bitonem plauastro subiunxit, & sic ad templum deducta est, quod fas non erat illam venire sine plauastro. Nam apparet ad sacra Iunonis boues in illis regionibus defuisse, in quibus pestilentiam fuisse demonstrat.
- 533 *Imparibus*) *Imparibus* autem non simile iugum ferentibus, cum alter maior esset, alter minor.
- 548 *Refert*) Prodest.
- 550 *Chiron*) Moraliter. Quoniam mali homines aut ad medicos aut ad diuinos confugiunt, ut aut ope humana, aut diuina adiuuentur: ideo Chironem pro medico, Melampodem pro diuino posuit. Alij hunc expiationes scientem dicunt. Chiron autem Saturni & Philyræ filius fuit, adeo medicinæ peritus, ut etiam Aesculapium docuisse dicatur.
- 552 *Pallida Tisiphone*) *Tisiphonem* hic, non vnam Furiarum debemus accipere, sed pestilentiam, cui eleganter poeta hoc nomen dedit.
- Agis ante*) Id est ante se.

LIB. IIII.

- 1 *Cælestia dona*) Siue quod Iuppiter melle nutritus sit in insula Creta, siue quod in aere concipatur. Nam, ut ait Cornelius Celsus, apes ex floribus ceras faciunt: ex rore matutino mel.
- 7 *Leua*) *Leua* hic in boao posuit, ut, insonuit *leuum*, alibi autem in malo ponit, cum dicit: *Sæpe malum hoc nobis, si mens non leua fuisset, De cælo talis memini prædicere quercus.*
- 8 *Vocatus*) Pro inuocatus, vel quia poetæ in tutela eius sunt: vel quia pater est Aristæi, qui primus inuenit, unde apes fieri possent.
- 9 *Sides*) *ἄριος* sed: statione petenda: intelligendum etiam, si aliud à sedendo, aliud à stando dicitur.
- 14 *Meropelque*) *Meropes* rustici barbaros appellant, & alie, id est, ceteræ.
- 17 *Immitibus*) *Immitibus* nidis temporale epitheton est. Ideo enim *immitibus*, quia apibus vescantur.
- 19 *Adfins*) Præsentés sint.
- 21 *Vt cum prima*) *Prima* hic, pro primum: nomen, pro aduerbio.
- 25 *In medium*) *In medium*, non ad humorem retulit, sed absolute dixit. & *inertem* hic pro odioso posuit, ut in Bucolis, *Libertas quæ sera tamen respexit inertem*, quæ vox ponitur & pro ignauo: *Spumantemque dari pecora inier inertia uouis Optat aprum.* & pro eo quod sine arte fit: ut apud Lucilium in XII. *ut perhibetur iners, ars in quo non est ulla.*
- 32 *Irrigumque*) Qui irrigat, alias qui irrigatur.
- 39 *Fuscoque*) *Fucus* est genus ceræ, qua pro glutine abutuntur. Græci propolim vocant. Alij sic: *fucus* pro medicamêto posuit. Plautus in Penulo: *Vita corporis fucus occulunt.* Sed vide ne de galbano dicat, quod separatim solent præparare, propter remedia quibus aduersus animalia videntur sibi infesta. Vnde ipse alibi aduersus colubros hoc dicit adhiberi.
- Oras*) *Oras* autem alueariorum.
- 40 *Gluten*) Hic *gluten*, Sallustius autem, hic *glutino* adolesebat.
- Munera*) *Munera*, utrum officia, an quod illis munera conferas, & alueos earum communias.
- 41 *Lentius*) *Tenacius*.
- 47 *Propius*) Ut, *propius stabulis armenta tenerent*, & alibi: *Vota metu duplicant matres, propiusque pericli. Hic amor.*
- 49 *Odor canis grauis*) Ordo est: odor grauis, quia & leuis dicitur, ut Sallustius: *Apud Corduenos amicum, & alij leues odores gignuntur.*
- 50 *Imago*) Quæ Græcè *εἰδωλόν*, Latine *imago* dicitur. Cic. Tusc. III. *resonat tanquam imago.* hic autem sonus facit eas fugere.
- 51 *Egi*) Pro persequitur.
- 54 *Libani*) Degustant, alibi, defundunt: ut, *pateras libans Ioui.*
- 59 *Nare*) Pro volare, ut Ennius in primo: *Transnauit cisa per teneras caliginis auras.*

proprietates tamen vocis aptior est natantibus, quam volantibus.

63 *Melissphylla*) *Melissphylla* herba est, quam ut ait Varro, alij apiastrum, alij melinem appellant.

Cerinthe) *Cerinthe* à *Cerintho* vrbe Bœotia, in qua plurima nascitur.

Ignobile) *Ignobile* autem non omnibus notum: *ignobile gramen*, vile, ubique nascens.

67 *Sin autem ad pugnam exierint*) Longior solito parenthesis. est enim ordo: *sin autem ad pugnam exierint*, motus animorum, atque hæc certamina tanta pulueris exigui iactu compressa quiescent.

73 *Coruscant*) splendent.

77 *Sudum*) *Sudum* est serenum subhumidum, proprie autem *sudum* pars serena inter nubes, quasi semiudum.

88 *Ambos*) Legitur & *ambo*: Reuocare autem apes vel lacte vel aqua mulsa Plinius dicit.

89 *Deterior*) Modo quare deterior, si ille seruatur, qui malus est? soluitur, deterior minus bonus, ut,

Tristior & lachrymis oculos suffusa nitentes.

90 *Vacua*) Hic ad æmulum refertur, ut *Sola domo maris vacua*, in qua maritus non erat.

90 *Lita*) Ordo est: ardentes aut corpora, & paribus guttis lita.

100 *Cali*) *Vt cali mensis & sidera serua*, & inde: *vbi quarta sitim cœli collegerit hora.*

109 *Croceis*) Ipse alibi: *feris que recensibus alant*. id est olent.

110 *Custos furum*) Hic *custos* pro obseruator & prohibitor. & alibi: *Hortorum custos cum falce saligna*, &c.

111 *Hellepontiaci*) Quoniam in Lampsaco ciuitate Hellepontii nutritus est Hunc Liberi & Veneris filium, hortis, & vineis custodem datum aiunt.

112 *Ipsè*) *Ipsè thymum pinosque ferens*. legitur & *inos*. est autem laurus siluestris cærulea bacca.

115 *Irriget*) Irrigare ergo duobus modis dicimus: ut, *irriguo nihil est elucius horro*: & *irriguumque bibant violaria fontem.*

Imbres) Quomodo imbres irriget, cum terra aqua irrigetur? soluitur. bene dixit, *Irrigat enim qui mittit*, & cui mittit alibi: *At Venus Arcanio placidam per membra quietem Irrigat.*

119 *Pestum*) *Pestum* ciuitas Lucania. Hæc ciuitas Posidonia dicitur: & est in agro Salentino, colonia Tarentinorum.

123 *Aut flexi*) *Flexi* pro flexibilis.

Vimen) *Vimen* pro caule positum.

125 *OEBALIE*) *OEBALIE* arcem Tarentinam dicit à Lacedæmonio OEbalo, longe petito epistheto, quia Lacedæmonii duce Phalanto Tarentum condiderunt.

127 *Corycium*) *Corycium* Cilicium à monte & ciuitate Ciliciae Coryco. Alij *Corycium* non natione sed pericia, quod hæc gens studiose hortos colat, & sic dictum est, ut *Arcades ambo*.

129 *Oportuna seges*) *Seges* pro terra.

130 *Rarium*) Pro præcipuo & summo.

131 *Vesicium*) *Vesicium* tria significat, minutum, edule, multum.

134 *Carpere poma*) Pro *carpebat*, infinitum pro indicatio.

139 *Fessus*) Non sic dixit quasi parantur, sed quasi studiosè examinare parantibus.

141 *Illis ilia*) Subaudiendum abundare. Ipsi autem manu duplex fuit scriptura, *tinus & pinus uberrima*, hic pro plurima. fructum enim unus nullum fert, sed multa semina facit.

144 *Distulit*) In diuersum locum tulit, quasi disposuit & *seras*, hic, vetulas & magnas. Sallustius in XII *serum bellum in angustiis fore*, pro, magnum.

145 *Eduam*) E præpositio adimit significationem, & adiicit. Hic ergo *eduram*, nimium duram, &c.

152 *Dictæon*) Sed & hoc poeticum est.

158 *Victu*) Id est victui, ut, *victui innigilant pueri*.

166 *Inque vicem*) Diuisit: nam ordo est: *in vicemque, & aquas*, hic, pluuias.

168 *Fucus*) *Fucus* est similis apibus, eo quod sit apibus uocens, quod cum ipse nihil gignat, aliena consumit. Plin. in lib. historiae naturalis, quasi imperfectas apes dicit, & habere aculeum negat.

Pecus) *Pecus* autem vetuste, quia omnia animalia pecora dicebantur.

169 *Feruet opus*) Iuxta declinationem sæpe dictam, feruo feruis feruit. Hinc est *feruere* *Leucatem*.

Flagrancia) Id est redolentia, aut *tymo flagrantia*.

170 *Fulmina*) *Fulmina properant* vetuste ait, vt Plautus, *Properant prandium*. & Ennius: *Festinant diem*.

171 *Taurinis follis*) Plautus: *Quam folles taurini habent, cum liquecunt petrae ferrum ubi sit.*

175 *Forcipe*) Compositum nomen ex *formo* & *capendum*. *Formum* enim veteres calidum dixerunt.

177 *Innatus*) Id est *insitus*. Ideo autem Athenienses, quod illic mel optimum gignitur.

Cecropias) *Cecropias* hic Atticas, quia Cecrops in Attica regnauit.

178 *Quamque suo*) Recte, vt labore suo quærant, non aliena diripiant.

183 *Ferruginos*) *Cæruleos* dicit. Ipse enim dixerat: *sunt & vaccinia nigra*, qui enim Græce *hyacinthus*, Latine *vaccinium* dicitur.

188 *Mussant*) Hic *murmurant*. quæ vox ponitur & in tacendi significatione, vt apud Ennium in xvii. *Non possunt mussare boni, qui factam labore enixi militiam peperere*. Interdum & pro dubitare, vt, *mussat rex ipse Latinus, Quos generos vocet. Mussant* autem, *murmurant*, Ennius in x. sic ait: *Aspexitabat virtutem legionis, siue spectabat: si mussaret, dubitareque denique causa pugnandi fieret, aut dori labores.*

193 *Concubitu*) *Dati*us casus est, vt supra, *viclu inuigilant*.

200 *Folias*) *Apes*, vt Plinius ait, *galinarum* more incubant, & *vermiculos* creant. Sed rectius videtur, & ne hoc quidem sciunt, sicut *concupitus* nesciunt.

201 *Quirites*) *Audaciter Quirites*, cum proprie Romani sint.

282 *Refugunt*) Id est *sufficiunt*, vt *suffectus* dicitur *magistratus*.

203 *Immortale*) Ideo *Immortale genus*. & alibi et potest abundare coniunctio. est enim ordo: ergo ipsas quamuis angustus terminus, qui excipiat, genus immortale manet.

251 *Parthorum*) His autem gentibus ait Sallustius, adeo ingenta est sanctitas religionis: quas gentes tamen apes dicit amore circa regem superare, Virgilius.

271 *Hydaspes*) Apud omnes satis constat *Hydaspem* flumen Indiæ esse, non Mediæ, sed potest videri poeta *Hydaspem* *Medum* dixisse, iure belli, quod Medi duce Alexandro, vicerint *Porum* *Indorum* regem, & in suam redegerint potestatem. Oritur autem *Hydaspes* ex *Caucaso*, & miscetur *Indo*.

219 *Securi*) *Pythagoræ* sectam versat, quam & *Stoici* sequuntur. & quidam accusant, quod cum sit *Epicurus*, alienam sectam vsurpare videtur. sed ego puto simpliciter referri sententias philosophorum. Neque enim statim *Epicurus* debet videri, si libertate poetica ait:

*Illo Virgilium me tempore dulcis albat
Parthenope studis florentem.*

223 *Pecudes*) More suo *pecudes* & *armenia* diuisit, vt alibi: *Quæ cura bouum, quis cultus habendo. Sit pecori.*

224 *Vitas*) Id est *animas*.

225 *Huc reddi*) *Huc*, id est, vnde sumptæ sunt *animæ*.

226 *Omnia*) Per omnes.

Nec mori) *Nec mori* esse locum, pro, *nec mori*.

27 *Sideris*) *Sideris*, pro, *siderum*.

In numerum) *In numerum*, id est in modum. Et alio succedere caelo, vt ipsa *sidera*.

220 *Sedem*) *Aliter sedem relines*, aliter *mella*, & vt *trum relines thesauros*, an *relines feruata* in thesauris, id est *aluearia*?

230 *Ore faue*) Cum religione ac silentio accede, in xvi. Ennius: *Hic insidianses vigilans, partim requiescunt cæsti gladiis, sub scutis ore fauentes*, ponitur eadem vox & pro *velle*, apud Ennium in xiii. *Matronæ melos compleri spectare fauentes*, id est *volentes*.

230 *Fimosque manu*) Quia odores malos oderunt: Ideo, prius *haustus sparsus aquarum*.

271 *Fetus*) *Flores emendatum* fuit, & bene *gravidos flores*, quod ex his omnia generant.

219 *Duram*) Id est *grauem*.

Parces) Id est *parces alimento illius futuro*.

244 *Immunis*) *Immunis*, vitiosus, piger, & qui munere non fungitur.

245 *Imparibus*) Qui validiores sunt, quam sint apes.

246 *Inuisa*) *Inuisam Minerue* ex illa fabula dixit, quia videtur Aranea quondam virgo Minervam lanificij subtilitate prouocasse: à qua victa, conuersa est in hoc genus animalis, quod aranea texit.

250 *Horrea*) Spatia alueariorum.

252 *Vita iulii*) Longa parenthesis vsque ad illum versum: *Hic iam Galbancos suadebo incendere odores.*

258 *Inius clausis*) Vt in lectu homines solent.

265 *Canalibus*) Varro Diuinarum lib. vi. *canales eas despectit.* * *Templa* foeminino genere *canales* dixit.

273 *De cespite*) Non de terra, sed de radice.

278 *Melle*) *Mella* amnis in Gallia Cisalpina, vicinus Brixiae, oritur ex monte Brenno.

Magistri) Aristem dicit Apollinis & Cyrenes filium, qui primus inuenit, quemadmodum apes possunt reparari.

285 *Tul. rit*) Pro genuerit, vt alibi: *Si duo praeterea sales Idea tulisset Terra viros.*

287 *Pellaei*) *Pellaei Canopi* ideo dixit, quoniam Macedones Alexandri an condidere est autem Macedoniae ciuitas Pella, patria Alexandri, à qua dicta Alexandria est. à qua vrbe x i. millia passuum distans vicus est, Canopus à Canopo Menelai gubernatore ita appellatus. Longo autem epithero *Pellaei Canopi* sic vsus est, vt alibi: *Tyrios & Ag. noris urbem, & Assaraci domum, Romam.*

293 *Vsque coloratis*) Terentius: *Ex Aethiopia vsque haec est.* Sallustius item: *Quem trans stagnum omnis vsque ad flumen.* hic ergo vique, e loco, vtiple: *Italiam lor ge p. offexit ab vsque Pachyno.*

298 *Quattuor*) *Quattuor* eos accipiendum, quos Homerus notauit Furum, Zephyrum, Boream, Notum, omnes autem venti praeter enchorios, id est, regionales, sunt duodecim: Subsolanus, Eurus, Faenix, Notus, Libonotus, Zephyrus, Argestes, Thracias, Aparctias, Boreas, Circius.

304 *Fragmenta*) Id est, posteaquam subiecerunt ramea fragmenta.

314 *Leues inermi*) *Leues* nunc ad armaturam.

315 *Exradit*) Id est, vnde sagacitas hominum hos ingressus cepit.

317 *Peneia Tempe*) Quia per ea Peneus fluuius.

319 *Extremi*) Extremum caput sic dixit, vt, *Tu sanguinis ultimus auctor, id est primus.*

328 *Relinquo*) *Relinquo*, pro amitto.

335 *Hyalii*) *Hyalii*, pro hyalino.

Saturo) Id est vineo colore, & Saturo ebrio, ac per hoc presso colore, vt in consuetudine dicimus, *meracium saturo*, quae purius & meracius lucent. alibi: *Saturo*, Tarentino, quia ibi ager Saturus sit, dicitur. Ipse alibi: *Saturi petio longinqua Tarenti.* & non placet, vt aquatiles lanificae Tarentinum purpuram carpant.

344 *Et tandem*) Id est tandem virginitate deposita.

350 *Virreisque sedilibus*) Ergo vellera similia esse debent, vbi perlucidus & caeruleus est color.

357 *Diuisa locis*) Pro diuersis locis.

367 *Phasimque*) *Phasis* amnis in Colchide.

Lycumque) *Lycus* in Syria.

368 *Enipeus*) *Enipeus* in Thessalia.

370 *Saxosumque sonans*) Alias, *Saxosusque sonans*, non vt duo intelligendum, saxosus & sonans, sed ob saxa sonans.

Hypanis) *Hypanis* Scythiae amnis.

Caycus) *Caycus* Myriae.

372 *Eridanus*) Galliae Cisalpinae, qui & Padus dicitur.

373 *Purpureum*) Alum, & per hoc nigrum tropice, legitur & *influit*.

375 *Inanes*) *Inanes* pro leuibus, & quibus succurri possit.

377 *Mantilia*) Huius singulare *Mantelum*. Plautus in Captiuis: *Nec hi Sycophantes, nec fuit ullum mantelum obuiam est.* Lucilius autem *mantela* dicit nappas *Mantela*. merumque.

379 *Adolescunt*) Hic vim habet frequentationis, & *Panchaïs* *adolescunt*, id est Panchaicis odoribus incenduntur arae.

380 *Bacchi*) Quae Baccho, id est, vino impleri solent. ceterum Nymphis libari vino Pontifices negant, & sane mox interdictum euidenter apparuit, cum ait: *Tei liquido arde sem persudis neclare Vestam.*

Meonia) Quae nunc Lydia, olim *Meonia* vocabatur. In hac regione mons est Tmolus ferax boni vini.

381 *Libemus*) Sacrificemus.

382 *Sorores*) Sorores, aut inter se, aut suas.

Oceanumque) Secundum Physicos dixit, qui aiunt omnium rerum elementum aquam esse: in quibus Thales primus.

383 *Servant*) Pro incolunt, & obtinent: ut ipse alibi: *Servantem ripas alta non vidit in herba.*

384 *Vestam*) Pro igni, & videtur superius de aqua sensisse, non de vino.

387 *Carpathio*) Aegypto. *Carpathos* enim insula est Aegypti, vel ut Pompeius dicit, insula Rhodiorum. Alij sic: *Carpathium* mare inter Rhodum & Alexandriam, quod abesse dicitur à Carpatho insula, ut Lucilius, *Carpathium mare transuectus, cœnabis Rhodi.*

388 *Piscibus*) Eisdem & pisces & equos dicit.

390 *Emathia*) *Emathie*, id est Macedoniæ propterea meminit hoc loco, quia contermina est Thraciæ. Alij sic: *Pallene* insula secundum Thermodontem, dicta à Palla Sithonis filia, quæ nunc Chersonesus vocatur, hæc Proteus quondam propter Busiridis crudelitatem relicta, Aegyptum petiit.

391 *Pallenen*) Hoc ideo dixit, quia Proteus antequam in Aegyptum commigraret, Thraciæ fuit incola, ubi habuit uxorem Coronem: filios Telegonum, & Polygonum, qui cum aduenas luctari secum adigerent, & excruciant, ad postremum victi & interempti ab Hercule animum patris perculerunt. Quapropter cum tædio præsentium rerum, vellet solum vertere, Neptunus illic super mare specum fecit, per quam in Aegyptum commeasse dicitur. Pallene autem est Chersonesus in Thracia, cuius in faucibus Corone est oppidum, ab uxore Protei cognominatum.

392 *Grandæus Nereus*) *Nereus* Ponti & Terræ filius, deus maris: Huius & Doridos filia Nereides.

395 *Turpes*) Hic truces: ut *Cui turpe caput*, vel potius enormes.

398 *Præcepta*) Responso.

404 *Franguntur inanes*) *Circum hæc*, secundum hæc, id est cum quis caruerit omnibus vitiis. & *inanes dolis*, non quia inanes sunt, sed inanes eos facies, si adhibueris vim.

404 *Si recipit*) Proteum dicit.

406 *Species*) Id est, facies.

416 *Perduxit*) Prius vixit.

421 *Deprehens*) *olim*, pro aliquando: & *deprehenfis*, verbum propriè nauticum, cum tempestate occupantur, sic alibi: *A. golicò ve mari deprensus.*

425 *Sirius*) Stella in ore canis. Hac oriente maximi calores & ex his graues morbi: ideoque Romæ omnibus annis sacrum Canarium fit per publicos sacerdotes.

426 *Orbem*) *Medium orbem* ideo dixit, quoniam in medio mundo terra est, & in hac omnis aqua quasi sidera in alimentum trahunt, maxime meridiano tēpore, quo ardentissimus sol est.

426 *Ardebat*) Id est, sicabat.

427 *Hauserat*) Hic pro tenuerat, ut ibi: *Simul hausit dextera.* Alij sic. ordo: *Tortens* *Syrius* *Indos* ardebat. *Syrius* enim à poetis pro sole ponitur: ab aliquo eorum canicula intelligitur.

Hauserat) Id est, inuaserat.

434 *Vesper*) Non *Vesper*, sed pastores tempore eius admoniti.

447 *Quoniam*) *Quoniam*, pro postquam, Pacuuius: *Quoniam ille interit imperium Calefo transmiffum est.*

443 *Fallacia*) Legitur & *Pellacia*, id est fraus: ut, *pellacis V'yx.* Lucretius: *Subdola cum videt penitus pellacia ponti.*

445 *Noftras*) Ordo quis non confidentissime pro audacissime. *confidentians* enim veteres pro impudenti audacia dicebant ut Terentius: *à ingratum confidentiam!*

Iuuenem) *Iuuenem* Aritheum.

450 *Vi denique*) hoc loco suscipit numen.

452 *Graniter fendens*) Grandem sonitum dentibus reddens, & aliter, hoc est, affata profertenda.

453 *Non te nullius*) Bene dixit, non te nullius. Hæc enim numina non humilis sunt, sed magni, & significat *Tisiphonem*: id est mortis ultricem. Nam ideo *Tisiphone* dicta est, quasi ultitæ mortis ultio, quæ dicitur Græcè *νοδος*. & aliter. *Asper, non nullius*, inquit, id est non leuis numinis, significat autem *Nympharum*, non, ut quidam volunt, *Orphei manium.*

454 *Magna lues*) Id est magnum scelus.

450 *Servantem*) *Servantem*, hic, obrinentem.

462 *Pangæa*) *Pangæa* Thraciæ montes.

462 *Rhesi*) *Rhesus* dux Thracum. & est proleptis, quia *Rheso* *Orpheus* antiquior est. Idcirco

eo autem Thracia *Mauronia* tellus dicitur. Rhesus dux Thracum, quia in diuisione terræ Marti cedit.

463 *Aethias*) *Aethias* idea dicta, quod Atheniensis fuit. quidam volunt Atticam primo vocatam Aethiacam, quia sit litoralis.

463 *Oribhya*) *Oribhya* Erechthei & Praxitole filia, ab Aquilone in Thraciam rapta Zethum & Calain filios edidit.

467 *Tenarias*) In Tenaro enim promontorio Laconia demonstratur. alta quædam vorago per quam emeruisse Hercules ab inferis dicitur, cum duceret Cerberum.

479 *Cocytus*) *Cocytus* fluvius inferorum. & aliter: *Cocytus* amnis apud inferos, ex Styge profluens, quod est gemere & flere.

480 *Styx*) Palus apud inferos.

483 *Temirque*) Id est, tacuit.

484 *Vento*) *Vento* pro aduentu significat, ut sit septimus casus: aut *vento* verbum gerundi est, nam intelligi debet aduentu, sit enim gerundi sic: ventum ventu. Ipse alibi: *et pacem Romano ab usque petendum*. Quidam sic: *vento*, audiendum, consistentem, ut est illud: *Cum placidum ventis stare mare*.

56. *Præterea*) Præterea, ultra.

508 *Aeria*) Quæ sit vicina astris. Strymon autem amnis est, finiens Thraciam, sed hic pro Hebro positus.

511 *Philomela*) Luscinia.

515 *In egra*) Renouat.

517 *Tanaimque*) *Tanais* fluvius, qui diuidit Asiam ab Europa, est autem Scythiæ.

520 *Ciconum*) *Cicones* gens Thraciæ, à Cicone Apollinis filio dicta. Orpheus autem quoniam post obitum Eurydices omnes feminas facti viri, translato in pueros amore, discerpit est. *Asper, quo munere, ob quam rem, vult accipi, potest & Spreta quo munere, id est matrimonij.*

521 *Nocturnaque Orgia*) Quia sacra eius nocte celebrantur: ex quo Nyctelius est cognominatus.

523 *Caput à carnice remissum*) Constat caput Orphei in Hebrum proiectum, & fluctus in Lesbum insulam detulisse. Hebrus autem fluvius in Thracia est, qui ex fontibus Rhodopes manans perlabitur. Dicitur ab Hebro Boreæ fratre, quem nunc *O Eagrius* dicit, ab O Eagro rege Thraciæ Orphei patre.

535 *Napeas*) *Napeas* nemorum nymphas. *napeas* enim Græci dicunt nemora. & *faciles* hic pro placabiles.

541 *Delubra*) Ad templa.

542 *Demitte cruorem*) Id est sacrificia modo.

545 *Inferias Ophi*) Ut irarum obliuiscatur.

561 *Euphraten*) *Euphrates* flumen, quod diuidit Mesopotamiam à Syria & Cappadocia.

562 *Affectat*) *Affectat* pro intendit, ut apud Plautum: *ut me deponas vino eam affectas viam, & apud Terentium: Nam disciplina est eisdem munera ier ancillas, qui ad dominas affectans viam.*

564 *Parthenope*) *Lutatius* lib. III. dicit, Cumanos incolas à parentibus digressos, Parthenopen urbem condidisse, dictam à Parthenope Sirena, cuius corpus etiam postquam ob locorum vbertatem, amoenitatemque magis ceptum sit frequentari, veritos ne Cymæam desererent, inisse consilium Parthenopem diruendi, post etiam pestilentia affectos, ex responso oraculi urbem restituisse, sacraque Parthenopes cum magna religione suscepisse, nomen autem Neapoli ob recentem restitutionem imposuisse.

565 *Audaxque*) Quidam *audax* propterea dictum volunt, quod in duabus eclogis quæ sunt in Bucolicis, occulte inuectus sit in Augustum propter agros, & carmina *lusi*, figurate.

VARIÆ



VARIÆ
IN P...

EX C
FVL



(quod vltimum in
dicitur carere, et
miseri quod in
designatis compend
vi nostram muerem
denotat. In d. m.
Seruianii cõmentar
lectionem. Seru
misericordis leu
tius visum est con
teram, adpito ad
aliquos patrem
que autem quali
ratione quod in
non habens habere
neque libus ne que
starcis hoc & hoc
vetere cury, lili
trus Dana, et que
gere satius dixerit.